



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod per Adam peccatum, & pœna transit in posteros. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

An homo ante peccatum comederit de ligno vite.
Au. l. 2. ca. 12. ad rix. de peccato- rü meritis. S remissio ne S de ba- ptismo par- uulorum. tom. 7.
 Potest autem quæri, Vtrum de ligno vite ante peccatum comederit homo? De hoc Aug. in li. de Baptism. par. sic ait, Rectè profecto intelliguntur primi homines ante malignã diaboli persuasio- nem abstinuisse à cibo vetito, atque vli fuisse con- celsis. His verbis ostenditur, quod de ligno vite ante peccatum sumpserint: quibus præceptum e- rat, vt de omni ligno paradyssi comederēt, nisi de ligno scientiæ boni & mali.

Quare non sunt facti immortales si comederunt deli- gno vite.

Quare ergo perpetua soliditate, & beata immor- talitate vestiti non sunt, vt nulla infirmitate vel ætate in deterius mutarentur? Hanc enim virtu- tē naturaliter illud lignum habuisse dicitur. Sed forte hoc non conferebat, nisi sæpè de illo sume- retur. Potuit ergo fieri, vt de illo sumeret semel, & non sæpius: qui per aliquam moram in parady- so fuisse intelligitur, cum scriptura dicat eum ibi soporatum fuisse, quando costa de latere eius as- sumpta est & inde formata mulier, & animalia an- te eum ducta, quibus nomina imposuit.

QVOD PER ADAM PECCATVM ET
pœna transit in Posteror.

DISTINCT. XXX.

IN superiorib⁹ insinuatum est, licet ex parte (nō enim perfectè sufficim⁹ exponere) qualiter pri- mus homo deliquerit, & quam pro peccato pœ- nam suberit: quibus adiciendum est, peccatum simul ac pœnam per eum transisse in posteror, si- cut Apostolus offendit, inquit, Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, ita in omnes homines mors pertransiit.

Vtrum illud peccatum fuerit originale, vel actuale.

B
 HIC